

DESCRIPTIO SACRI CASINI MONTIS.

(MABILL. *Annal. Bened.*, t. II.)

Mons Casinus in duos scinditur vertices, seu geminos montes : unum eminentiorem ad Septentrionem, cui Cairus vocabulum, ubi nulla aedificia; alterum paulo depressorem, Casinum dictum, in quo visum est. Ad hunc montem ad tria fere millia per sinuosos tristes patet ascensio. Ubi ad primam portam perveneris, occurrit subobscurus fornix, ex quo quadrangula gradibus ascenditur ad primam aream, quadratis stratam lapidibus, porticibusque ornatam. Inde in basilicæ atrium, columnis et statuis insigne, per totidem fere gradus, ac demum in ipsam basilicam subitur. In hac quadriportico extant statua summiorum pontificum et episcoporum, e Casinate monasterio eductorum; tum ex una parte ecclesiastici, ex alia sæculares benefactores. Ad portam ecclesie uterque parens sancti Benedicti exhibetur cum columna ex lapide serpentinæ, cui impositum fuisse tradunt Apollinis simulacrum quod communuit beatissimus pater. Ecclesia, ut in loco angusto, ampla et eximia; cuius bipantes portæ majoris valva ex ære, in quibus universas Casinatum possessiones Desiderius abbas, is qui postea Victor III dictus est, litteris argenteis descripsi curavit. Ex utroque navis latere octo sunt omnino saecula cum suis convexis hemisphaeris. Choris navi supereminet pone maius altare, ab Alexandro II consecratum. Hinc Vidi Feramosæ, inde Petri Me-

A monasterium positum est. Sed quoniam hujus montis fastigium angustius erat, quam ut omnes regulares aedes posset capere, monasterium totum in triplici planitiæ triplicique concameratione constituere dicei mausolea. Sub principe ara et choro jacet crypta cum ara sancti Benedicti, duabusque aliis, sancto Placido et sancto Mauro nuncupatis. Ibidem sella pertusa ex porphyrite visitur, forte balnearia, cuius generis sellam veteres *solum* appellabant. Ad dextram ecclesie, qua meridiem spectat, consistunt regulares aedes; capitulum cum adjuncta bibliotheca, atrium seu claustrum, eique adhærens reectorium: dormitoria, aedes abbatis et hospitum nobilium, desinentes in turrim, eam ipsam, ut creditur, quam sanctus Benedictus inhabitavit, insigni oratorio et picturis exquisitissimis ornatam. Ad frontem ecclesie existat dormitorium novitiorum: cui adhæret Sancta Anna aedicula, in qua monachorum conditorum est. Ad sinistram ecclesie partem habetur vetus sancti Martini aedicula, in qua sepeluntur pauperes peregrini, quorum hospitium et nosocomium ex eadem parte ad primum atrium conspicuntur. Hæc de recentiori monasterii statu. Ad radices montis situm est oppidum sancti Germani cum altero monasterio et palatio abbatiali; nec multum procul antiqua Casini civitas cum reliquis veteris amphitheatri.

ANNO DOMINI MCXXXIX-MCXLII

FALCONIS BENEVENTANI CHRONICON

(MURATORI, *Rerum Italicarum scriptores*, tom. V, p. 179. Mediolani 1723.)

ANTONII CARACCIOLI PRÆFATIO.

Falco notarius et sacri palati scriba fuit, atque ab Innocentio II. P. M. ob fidem constantiam, qua pontificias partes in maximis illis turbis tutatus fuerat, judex suæ patriæ renuntiatus est. Hoc vero Chronico, quod ab anno 1102 ad 1140 producit, res sui temporis, easque præcipue quæ Beneventi contigerunt, adeo fusa et accurate describit, ut tibi, lector non legere, sed præsens esse videaris. Et nisi te

C stylus, barbarie horridus, arceat, cætera abs te laudatum iri Falconem, nullus dubito. Baronio sane, et Gordono is placuisse videtur: quippe qui et calamo exceptum babuerint, et non semel ille in Annalibus, iste in Operis chronologici posteriore tomo citaverint. Hoc igitur et tu, studiœ lector, nunc primum aspiciente lucem, per me fruere et vale.

MONITUM CAMILLI PEREGRINI.

Incolitus, et semi quamvis barbarus, qui nunc recensendus mihi superest antiquus chronologus Falco, nostratum nihilominus historicorum mediæ ætatis ob fidem, nec prorsus ineptam diligentiam facile princeps, munere, ut ipse de se tradidit ad an. 1133 et 1157 Notarius et scriba sacri Beneventani palatii, tandemque sua in eadem patria urbe judex, Chronicon, quod nunc principio et fine mutilum habetur, exorsus ab anno mihi quandoque est visus 1077, in quo Beneventanorum principum Langobardorum, deficiente in Landulfo VI successione regi

D ea civitas cœpit a Romano pontifice per præfectos, vulgo tunc dictos *Rectores*: post cujus principis obitum (inquit anonymous Sanctæ Sophie part. iii num. 45) recta est civitas per Romanam Ecclesiam; namque in ejus denuo devenerat potestatem ex causa exposita ab Ostiensi lib. II, cap. 83, mihique ad Anonymum Cassin. ad an. 1051 cursum delibata. At cur ita putarem, in causa erat ipsius Falconis acephalus textus; qui ante oīnna sermone abrupto præfert Beneventanos fere centum viros tum nobiles, tum honesto loco natos, quos bonos homines ipso